

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Ex epistola D.Philippi Melanchthonis ad Georgium Raw iuniorem, quaedam  
desumpta

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

ram cognitio omnibus temporibus necessaria est,  
& aliquando ad concordiam proderit. Cum igitur  
hic Simon Proxenus Budicensis carmen ad R. D.  
T. eruditè & grauiter scripsérat, & mores eius sint  
honesti & placidi: dedi ei hanc epistolam ad R. D.  
T. profecturo, ut orarem propter literarum amo-  
rem, ne grauatum carmen, quod offeret, R.D.T. ac-  
cipiat. Semper talibus laboribus & officijs sapien-  
tes gubernatores souere se ostenderunt. Quare &  
huius adolescentis officium spero non ingratum fo-  
re R.D.T. præfertim cum uena ipsius sit digna lau-  
de. Mitto & ego carmen de proxima Eclipsi, quæ  
profectò nouas cōtentiones minatur: quas ut filius  
Dei leniat, toto eum pectore oro.

Non plus fata etenim, quam pia uota ualent.

Bene & feliciter ualeat R.D.T. Die 6. Decem-  
bris, 1554.

Ex epistola D. Philippi Melanchthonis  
ad Georgium Raw iuniorem, quæ-  
dam desumpta.

S. Et quidem cūm in schola sedes, memento te  
non solum inter æquales sedere: sed unā uersantes  
purissimos angelos, spectatores esse studiorum ue-  
strorum, et custodes corporū. Sic enim inquit Chri-  
stus: Angeli corum semper uident faciem æterni Pa-  
tris. Sic nos comitantur in ludum, assident unā, &  
redu-

reducunt. Hoc sodalitū te uereri decet: quod quidem mirificam uoluptatem capit ex assiduitate di-  
scēntiū, & pijs studijs & sermonibus: & Deo pre-  
dicat uestra studia, eiq; uos commendat. Quare ca-  
uebis, ne uel inertia tua, uel mali mores offendant,  
& abigant hos uigilantissimos custodes.

Illustrissimo Principi ac Domino, D.N.  
N. Marchioni Brandenburgēsi, Duci Stet-  
tinensi & Pomeraniæ, &c. & Burgrauio  
Norimbergēsi, &c. domino suo cle-  
mentissimo,

S. D. Illustrissime & clementissime Princeps.  
Non dubiū est, legitima imperia & salutares Prin-  
cipes Dei opera & beneficia esse. Id grati cogitare  
debemus, ut confirmetur in animis reverentia pul-  
cherrimi ordinis. Adolescentes etiam Principes eo  
maiore se doctrina & uirtutum exercitijs instrue-  
re debent, ut ad munus in genere humano summū  
accedant non rudes et imparati. Scriptum est e-  
nīm: Erudimini, qui iudicatis terrā. Gaudeo igi-  
tur C.T. optima doctrina de Deo, & de omnibus  
uirtutibus excoli. Et quidem cogitatione doctrine,  
Deus sese animis piorum communicat. Oro autem  
Deum, ut studia C.T. adiuuet: et efficiat, ut olim pa-  
triam feliciter gubernes, & tua uirtus prospicit uni-  
uersæ Germaniæ, sicut multi Principes Marchio-  
nes